

Oratio.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus; ut sicut Ecclesie tue beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio Feriæ.
Ad Tertiam. Antiphona. Beatus Andreas. Capitulum. Fratres, Corde enim creditur, ut supra. 581.

R. br. In omnem terram. Exiit sonus eorum. In omnem. **V.** Et in fines orbis terra verba eorum. Exiit. Gloria Patri. In omnem. **V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Memores erunt nominis tui Domine.

Ad Sextam, Antiphona.

Andreas Christi famulus.

Capitulum. Rom. 10. c

Non enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum: omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

R. breve. Constitues eos principes. Super omnem terram. Constitues. **V.** Memores erunt nominis tui Domine. Super. Gloria Patri. Constitues. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

Ad Nonam Antiphona.

Qui persequebantur justum.

Capitulum. Rom. 10. c

Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum.

R. breve. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis. **V.** Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria Patri. Nimis.

V. Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Vesperas, Antiphona. Salve crux pretiosa, cum reliquis de Laudibus. 581. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in ij. Vesperis de Communi Apostolorum. xi. Capitulum. Fratres, Corde enim creditur, Hymn. Exultet orbis, ut supra. 581. **V.** Annuntiaverunt opera Dei, **R.** Et facta ejus intellexerunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cum pervenisset beatus Andreas ad locum, ubi crux parata erat, exclamavit, & dixit: O bona crux, diu desiderata, & jam concupiscenti animo preparata: securus, & gaudens venio ad te, ita & tu exultans, suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te.

Oratio. Majestatem tuam; ut supra, cum Commemoratione Feriæ.

FESTA DECEMBRIS.

Ante Adventum prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. clvj.

DIE II. DECEMBRIS.

In Festo S. Bibianæ Virginis & Mart. Semiduplex.

Officium fit ut in Rubricis generalibus notatur de festo Semiduplex.

Omnia dicuntur de Communi Virginum, lxxiv. exceptis his quæ hinc sunt propria: quod & in similibus servatur, tam de Apostolis, quam de Martyribus & Confessoribus.

Oratio.

Deus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore martyrii palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge; ut amotis periculis, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Feriæ: quod & servatur per totum Adventum in Vesperis & Laudibus.

In ij. Nocturno Lectiones de Scrip-

tu-

tura occurrente: quod in allis Festis servatur, quando in primo Nocturno non assignantur alia Lectiones.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Bibiana virgo Romana, nobili genere nata, Christiana fide nobilior fuit. Ejus enim pater Flavianus sub Juliano Apostata impiissimo tyranno Expressus, servilibusque notis compunctus, ad aquas Taurinas deportatus, martyrii concluse domi, in inedia conficeretur: mox relegata mater extra Urbem capite plexa est. Mortuus autem piis parentibus, Bibiana cum sorore sua Demetria bonis omnibus expoliatus, Apronianus Urbis Prætor, pecuniis inhians, sorores persequitur, quas humana prorsus ope destitutas, Deo mirabiliter, qui dat escam esuriéntibus, enutriente, cum vivaciore vegetioresque conspexisset, vehementer est admiratus.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam, & Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procedet, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Suadet nihilominus Apronianus, ut venerentur deos Gentium, amissas ideo opes. Imperatoris gratiam, præclarissimas nuptias consequatur. Si secus fecerint, minatur carceres, virgas, securis. At ille neque blanditiis, neque minis à recta fide declinantes, parati potius mori, quam foedari moribus Ethnicorum, Prætoris impietatem constantissime detestantur. Quare Demetria ob oculos Bibianæ repente corruens, obit in Domino: Bibiana Rufina mulieri vaferrime seducenda traditur: quæ ab incunabulis edocta Christianas leges, & illibarum servare virginitatis florem, se ipsa fortior, femina superavit in-

sidias, & Prætoris astus delisit. **R.** Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Nihil autem proficiente Rufina, quæ, præter dolosa verba, illam quotidie verbèribus affligebat, ut de sancto proposito dimoveret, spe sua frustratus Prætor, accensus ira, quod in Bibiana perdidisset operam, a licitoribus eam denudari, vincitque manibus columna alligari, eamque plumbatis cædi jubet, donec efflaret animam. Cujus sacrum corpus obiectum canibus biduo jacuit in foro Tauri, illasque tamen, & divinitus servatum: quod deinde Joannes Presbyter sepelivit noctu juxta sepulchrum sororis & matris ad palatium Licinianum, ubi usque in præsens extat Ecclesia Deo, Sanctæ Bibianæ nomine, dicata: quam Urbanus Octavus instauravit, Sanctarum Bibianæ, Demetriæ, & Dafsosæ corporibus in ea repertis, & sub ara maxima collocatis.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proxime ejus. Afferentur tibi in læticia & exultatione. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procedet, & regna. Afferentur tibi. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mathæum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc: Simile est regnum celorum thesaurum abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

Cælorum regnum, fratres charissimi, desidero terrenis rebus simile dicitur, ut ex his quæ animus

novit, surgat ad incognita, quæ non novit: quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, & per ea quæ usa didicit, quasi confictus incalcescat, ut per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim cælorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum.

R. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quæ acceptis lampadibus sumpsit secum oleum: Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. Mediâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et veniente.

LECTIO VIII.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium cælestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In presenti etenim vita, quasi in via sumus, quâ ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latroneum illi obsident. Deprædâri ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est: sed ut per hoc quod agimus, laudes exteriùs non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut & de bono opere proximis præbecamus exemplum, & tamen per intentionem, quâ Deo soli placere querimus, semper optemus secretum.

R. Mediâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Prudentes virgines ap-

tate vestras lampades. Ecce sponsus. Glória Patri. Ecce.

LECTIO IX.

Thesaurus autem cælestis est desiderium: ager verò, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii cælestis. Quem profectò agrum vendidit omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrèna desideria per disciplinæ cælestis custodiam calcat; ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat: nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commem. Feriæ. Vesperæ de S. Francisco Xavero, cum Commem. S. Bibiane, & Feriæ. DIE III. DECEMBRIS.

In Festo S. Francisci Xaverii Confessoris. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pontific. lxxij. præter ea quæ sequuntur. Oratio.

Deus, qui Indiârum Gentes beati Francisci prædicatione & miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti: concede propitiis; ut ejus gloriôsa merita venerâmur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum.

Deinde fit Commem. S. Bibiane. Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in ætérnum.

V. Diffusa est grâtia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Oratio. Deus omnium, ut sup. 582. Postea de Feriâ.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno. Lectio IV.

Franciscus in Xavero Diocesis Pampelonensis nobilissimus parentibus natus, Parisiis Sancto Ignatio sese comitem & discipulum junxit. Ipso magistro eò bre-

vi

vi devenit, ut in rerum divinarum contemplatione defixus, à terra aliquando sublimis elevarètur: quod illi sacrificanti coram populi multitudine aliquoties evenit. Has animi delicias magnis sui corporis cruciatibus merebatur. Nam interdicto sibi, non carnis solum & vini, sed panis quoque triticeo usu, vilius cibis vesci solitus, per biduum subditio, triduumque omni prorsus alimento abstinuit. Ferris in se flagellis ita sevit, ut sæpe copioso cruore disfluere: somnum brevissimum humi jacens carpebat.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

LECTIO V.

Vita austeritate ac sanctitate Apostolico mûneri jam matûria, cum Joannes Tertius Lusitanæ Rex aliquot nascèntis Societatis viros à Paulo Tertio pro Indiis postulasset, Sancti Ignatii hortatu ab eodem Pontifice ad tantum opus cum Apostolice Nuntii potestate deligitur. Eò appûllus, illico variarum Gèntium difficillimis & variis linguis divinitus instructus apparuit. Quin eum quandoque unico idioma ad diversas Gentes concionantem, unaquaque suâ lingua loquentem audivit. Provincias innumeras pedibus semper, & sæpe nudis peragravit. Fidem Japoniæ, & sex aliis Regionibus invenit. Multa centena hominum millia ad Christum in Indiis convertit; magnosque Principes, Regesque complures sacro fonte exipavit. Et cum tam magna pro Deo ageret, eà erat humilitate, ut Sancto Ignatio, tunc præposito suo, flexis genibus scriberet. **R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum,

Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit eum. Et ad.

LECTIO VI.

Hunc dilatandi Evangelii ad rem multitudinem, & excellentiâ miraculorum Dominus roboravit. Cæco visum reddidit. Tantum marinae aquæ signo crucis convertit in dulcem, quantum quingentis vectoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu sufficit: quâ in variis quoque regionibus asportatâ, agrî plurimi subito curati sunt. Plures mortuos revocavit ad vitam; inter quos pridè sepultum erui jussum è tumulo suscitavit, duosque alios, dum efferrètur, apprehensâ eorum manu, parentibus è fœtore vivos restituit. Prophetiæ spiritu passim afflatus, plurima & loco & tempore remotissima enuntiavit. Demum in Sanciano Sinarum insula die secundâ Decembris obiit plenus mèritis, laboribusque confectus. Demortui cadaver vivâ calce per multos menses bis obrutum, sed penitus incorruptum, odore, & sanguine manavit; & ubi Malacam delatum est, pestem savissimam confestim extinxit. Denique ubique terrarum novis maximisque fulgentem miraculis, Gregorius Decimus quintus Sanctis adscriptis.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrèdere in requiem meam: Quia te vidi junctum coram me ex omnibus gèntibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Euntes in mundum universum prædicatè Evangelium omni creaturæ. Et reliqua.

Cap. 16. c

Ho-

Homilia Sancti Gregorii Papae.
Homilia 29. in Evangelia,
post initium.

Porest omnis creaturæ nómī-
ne omnis natio Géntium de-
signari. Antè etenim dictum fue-
rat: In viam Géntium ne abierit-
tis; nunc autem dicitur: Prædi-
câte omni creaturæ; ut scilicet
prius à Judæa Apostolorum repul-
sa prædicatio tunc nobis in adju-
torium fieret, cum hanc illa ad
damnationis suæ testimonium su-
perba repulisset. Sed cum disci-
pulos ad prædicandum Veritas
mittit, quid aliud in mundo facit,
nisi grana seminis spargit? Et
pauca grana mittit in semine, ut
multarum messium fruges recipiat ex
nostra fide.

R. Iste est qui ante Deum magnas
virtutes operatus est, & de omni
corde suo laudavit Dominum:
• Ipse intercedat pro peccatis om-
nium populorum. **V.** Ecce homo
sine querela, verus Dei cultor,
abstinens se ab omni opere malo, &
permanens in innocentia sua. Ipse in-
tercedat.

Lectio vii.

NEquè etenim in universo mun-
do tanta fidelium messis ex-
urgeret, si de manu Domini su-
per rationalem terram illa electa
grana prædicantium non venissent.
Sequitur: Qui crediderit, & bap-
tizatus fuerit, salvus erit: qui ve-
rò non crediderit, condemnabitur.
Fortassè unusquisque apud semetip-
sum dicat: Ego jam credidi, sal-
vus ero. Verum dicit, si fidem
operibus tenet. Vera etenim fides
est, quæ in hoc, quod verbis di-
cit, moribus non contradicit. Hinc
est enim quod de quibusdam fal-
sitis fidelibus Paulus dicit: Qui con-
fitentur se nosse Deum, factis au-
tem negant.

R. Sint lumbi vestri præcincti, &
lucerna ardentes in manibus ves-
tris: Et vos similes hominibus
expectantibus dominum suum,
quando revertatur à noptiis. **V.** Vi-
gilate ergo, quia nescitis quâ horâ
Dominus vester venturus sit. Et vos.
Gloria Patri. Et vos.

Lectio lix.

Signa autem eos, qui credituri
sunt, hæc sequentur in nómī-
ne meo demonia ejicient: lin-
guis loquentur novis: serpentes tol-
lent: & si mortiferum quid bibe-
rint, non eis nocèbit: super ægros
manus impōnent, & benè habè-
bunt. Numquidnam, fratres mei,
quia ista signa non facitis, minime
creditis? Sed hæc necessaria in
exorcio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim
ad fidem cresceret multitudo cre-
dentiū, miraculis fuerat nutrienda.
Quia & nos, cum arbuta
plantamus, tãdũ eis aquam in-
fundimus, quodisq; ea in terra
jam coaluisse videamus: & si semel
radicem fixerint, irrigatio cessabit.
Hinc est enim quod Paulus dicit:
Linguae in signum sunt, non fideli-
bus, sed infidelibus.

Te Deum laudamus, 13.

In Laudibus fit Commemoratio
Feriae.

Vesperæ à Capitulo de sequenti,
Commemoratio præced. & Feria; ac
S. Barbara.

DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo S. Petri Chrysoligi Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris
Pontificis, lix. præter sequentia.

In Hymno, Iste Confessor, mu-
tatur tertius Versus.

Ad Magnificat in utrisque Vesp-
eris, Antiphona. O Doctor opti-
me, Ecclesiæ sanctæ lumen, be-
atæ Petre Chrysolige, divinæ legis
amā-

amator, deprecare pro nobis Fi-
lium Dei.

Oratio.

DEus, qui beatum Petrum Chry-
sologum, Doctorem egregium,
divinitus præmonstratum ad reg-
endam, & instruendam Ecclē-
siam tuam eligi voluisti: præsta
quæsumus; ut quem doctorem vitæ
habuimus in terris, intercessorem ha-
bere mereamur in cælis. Per Dōmī-
num nostrum.

Deinde fit Commemoratio præce-
dentis, & FERIA.

Postea S. Barbara Virg. & Mart.
Antiphona. Veni sponsa Christi,
accipe coronam, quam tibi Dominus
paravit in ætérnum. **V.** Spécie
tuâ, & pulchritudine tuâ. **R.** In-
scēnde, prospere procéde, & regna.

Oratio.

DEus, qui inter cætera potentia
tuæ miracula etiam in sexu
fragili victoriam martyrii contulisti:
concede propitius; ut qui beatæ Bar-
baræ Virginis & Martyris tuæ nata-
litiâ cõlimus, per ejus ad te exēpla
gradiamur. Per Dōmīnum.

In primo Nocturno Lectiones
de Epistola ad Timotheum Fidelis
sermo, de Communi Confess. Pon-
tific. primo loco lix.

In ij. Nocturno.

Lectio iv.

PEtrus, qui ob auream ejus elo-
quentiam Chrysoligi cognō-
men adeptus est, foro Cornēlii
in Æmilia honestis parentibus na-
tus, à prima etate animum ad
religionem adjiciens, Cornēlio Ro-
mano, tunc ejusdem urbis Corne-
liensis Episcopo, operam dedit: à
quo etiam scientiâ, & vitæ sancti-
tate cum brevi profecisset, Diaconus
creatus est. Postmodum contigit, ut
Ravennates ob mortem Archiprae-
sulis sui alium (ut mortis erat) ab
eis electum, Romam ad Sanctum
Xystum Papam Tertium pro confir-

matione miserint unâ cum Legatis
suis, & cum predicto Cornēlio, qui
eumdem Levitam secum perduxit. In-
terim Sanctus Petrus Apostolus, &
Martyr Apollinaris Summo Pontifici
in somnis apparuerunt, mediumque
habentes hunc juvenem, jussurunt, ut
illum, & non alium in Archiepiscopum
Ravennæ crearet. Hinc Pontifex,
mox ut vidit Petrum, cognovit
eum à Dōmīno Deo prælectum:
propterea rejecto illo, quem ipsi of-
ferrebant, hunc solum, anno Christi
quadringentesimo trigesimaltertio, illi
Metropolitana præfecit Ecclesiæ.
Quod cum Legati Ravennatenses
agrè ferrent, auditâ visionē, divinæ
voluntati libenter acquiescentes, no-
vum Archiepiscopum maxima cum
reverentia susceperunt.

R. Inveni David servum meum, oleo
sancto meo unxi eum: Manus
enim mea auxiliabit ei. **V.** Nihil
proficiet inimicus in eo, & filius ini-
quitatīs non nocēbit ei. Manus.

Lectio v.

PEtrus igitur, licet invitus, in
Archipræsulem consecratus,
Ravennam deditur: ubi à Valenti-
niano Imperatore, & Galla Placidia
ejus matre, ac ab universo populo
maximâ lætitiâ exceptus est. Et ille
ab eis id unum petere dixit, ut quan-
do tantum oneris pro ipsorum salute
subire non recusavit, studerent ipsi
mōnitis suis obtemperare, divinisque
præceptis non obistere. Duorum
Sanctorum tunc ibi defunctorum corp-
pora, optimis unguentis condita sep-
peliavit, Barbariani videlicet Presby-
teri, & Germani Antisiodorensis
Episcopi, cujus etiam cucullum, &
ciliicum sibi vendicavit in heredita-
tem. Projectum, & Marcellinum in
Episcopos ordinavit. In Classe fon-
tem extruxit magnitudinis verè ad-
mirabilis, & templa quaedam magni-
fica edificavit tum beato Andréæ
Apōs-

Apóstolo, tum állis Sanctis. Ludos ab hominibus personatis cum variis saltationibus Kaléndis Januarii fieri sólitos concione cohibuit acerrimá: ubi inter alia illud præcláre dixit: Qui jocári voluerit cum Diabolo, non poterit gaudere cum Christo. Jussu Sancti Leonis Papæ Primi scriptis postea ad Chalcedonense Concilium adversis heresim Eutycheis. Respondit præterea ad Eutychem ipsum & állia epístola, quæ eidem Concilio in novis editionibus præfixa, & in Annáles Ecclesiasticos relata fuit.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

DUm públicè sermões habéret ad pópulum, præ véhemens erat in dicédo, ut præ nimio ardore vox illi interdum defécit: sicut contigit in concione mulieris Hemorrhœis. Unde Ravennates commóti, tot lacrymis, clamóribus, & orationibus locum repleverunt, ut postea ipse grátias ágeret Deo, quod in lucrum amoris vériter dampnum ejusdem sermonis. Cum tandem annos circiter decem & octo eam Ecclesiám sanctissimè rexisset, labórum suórum finem adesse divinitus prænosces, in Patriam se contulit. Ubi Sancti Cassiani Templum ingressus, magnum pretiosissimis offerens, super Altáre majus posuit, nec non aureum cratærem, & paténam argenteam, quam tum rabidi canis morsus, tum febres sanare septis expertum est, aquá inde demissa. Ex tunc Ravennates, qui eundem secuti fuerant, dimisit, admonens, ut in eligédo óptimo Pastóre invigiláret attentè. Mox Deum humiliter precatus, & Sanctum Cassianum Pa-

trónum, ut benignè ánimam ejus exciperet, tertio Nonas Dec. placidè ex hac vita migrávit, anno Dñi. circiter quadringentesimo quinquagesimo. Sacrum illius corpus communi totius civitatis fletu, ac pietate prope corpus ejusdem S. Cassiani honorificè conditum, nostris etiám temporibus religiose cólitur: cujus tamén bráchium, auro, & gemmis ornatum Ravennam delatum in Ursiana ad venerátum. **R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctriná ejus repleta est: **M.** Ipse intercedat pro peccatis ómnium populórum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

In iij. Nocturno Homilia S. Augustini Episcopi in Evang. Vos estis sal terra, de Communi Doctórum. lxxj.

In Laudibus fit Commem. Feriæ.

Deinde S. Barbara Virg. & Mart.

Añã. Simile est regnum cælorum hómini negotiátóri querénti bonas margaritas: inventá uná pretiosá, dedit ómnia sua, & comparávit eam.

V. Diffusa est grátia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum. Oratio. Deus, qui inter,

ut supra. 587.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Feriæ, & S. Sabæ Abbatis,

ut infra.

DIE V. DECEMBRIS.

S. Sabæ Abbatis Commemoratio.

In Vesperis Antiphona. Similábo

eum viro sapiéti, qui edificávit domum suam supra petram. **V.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.

R. Stolan glóriã induit eum.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine,

beati Sabæ Abbatis comméndet,

ut quod nostris méritis non valémus,

eius patrocinio assequámur. Per Dó-

minum nostrum.

In

In Laudibus Antiphona. Euge serve bone, & fidéls, quia in pauca fuisti fidéls, supra multa te constitutum, intra in gaudium Dómini tui. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Intercessio, ut supra. 588.

DIE VI. DECEMBRIS.

In Festo Sancti Nicolai Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. exceptis his quæ hic sunt própria.

Oratio.

Eus, qui beatum Nicoláum Pontificem innuméris decorásti miraculis: tribue quæsumus; ut ejus méritis & precibus, a gehénna incéndiis liberémur. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commem. Feriæ.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Nicoláus, illustri loco Pátaræ in Lycia natum, parentes á Deo precibus impetrarunt. Cujus viri sanctitas, quanta futúra esset, jam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutritricis frequens sugeret, & sextá Feriã semel dumtaxat, id quæ véspere sugébat: quam jejuni consuetudinem in reliqua vita semper tenuit. Adoléscentis parentibus orbatus, facultates suas pauperibus distribuit. Cujus illud insigne est Christiænæ benignitatis exemplum: quod cum ejus civis egens tres filias jam núbiles in matrimonio collocare non posset, earumque pudicitiam prostituere cogitáret; re cógnitá, Nicoláus noctu per fenestram tantum pecuniã in ejus domum injécit, quantum unius virginis doti satis es-

set: quod cum iterum, & tertio fecisset, tres illæ virgines honestis viris in matrimonio datæ sunt.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus.

Lectio v.

Cum verò se totum Deo dedisset, in Palæstinam profectus est, ut loca sancta videret, & presens veneráretur. Qua in peregrinatione navem conscéndens seréno celo & tranquillo mari, horribilem nautis tempestátem prædixit: moxque orantem, cum essent omnes in summo periculo, orans mirabiliter sedávit. Unde cum domum reversus singularis sanctitatis ómnibus documénta præberet; Dei admonitu Myram, quæ Lycia Metrópolis erat, venit: quo tempore ejus urbis Episcopo mórtuo, provinciales Episcopi de successoré deligéndo consultabant. Itaque in ea deliberatione divinitus admoniti sunt, ut eum eligerent, qui postmodum primus in Ecclesiám ingrederetur, Nicoláus nómine. Quâ observatione adhibita, in Ecclesiã jánta deprehensus est Nicoláus, & summo ómnium consensu Myræ Episcopus creatur. In Episcopátu castitatem, quam semper coléret, gravitatem, orationis assiduitatem, vigiliã, abstinentiam, liberalitatem, & hospitalitatem, in adhortándo mansuetudinem, in reprehéndendo severitatem perpétuó adhibuit.

R. Posui adiutorium super potentem & exaltavi electum de plebe mea: **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi.

Idius & órphanis pecuniã, consilio, opéra non defúit: oppressos adeo sublevávit, ut etiam tres

tres Tribunos, per calumniam à Constantino Augusto condemnatos, qui se propter famam ejus miraculorum orationibus longissime absenti commendarant, adhuc vivens, cum Imperatori, minaciter cum terrenis, apparuisset, liberaverit. Cùm vero contra edictum Diocletiani & Maximiani Christianæ fidei veritatem Myræ prædicaret, ab Imperatorum satellitibus comprehensus, & longissime abductus, in carcerem conjectus est; ubi fuit usque ad Constantinum Imperatorem: cujus jussu ex custodia eréptus, Myram rediit. Mox ad Nicænum Concilium se contulit: ubi cum trecenis illis decem & octo Patribus Arianam hæresim condemnavit. Inde reversus ad Episcopatum, non ita multo post, instante morte, suspiciens in cælum, cùm Angelos sibi occurrentes intueretur: illo Psalmo pronuntiavit, In te Domine speravi, usque ad eum locum, In manus tuas commendo spiritum meum; in cælestem patriam migravit. Ejus corpus Barium in Apulia translatum, ibidem summâ celebritate ac veneratione colitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replêta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium Homo peregrè proficiscens, ut in Communi Confessor. Pontificis. lxxv.

Ad Vesperas, Antiphona. * Ecce sacerdos. Psalmi ut in secundis Vesperis de Communi Confessoris Pontificis. lxxvj.

A Capitulo de Sancto Ambrosio, cum Commemoratione S. Nicolai, & Feriæ.

DIE VII. DECEMBRIS.

In Festo Sancti Ambrosii Episcopi, Confessoris & Ecclesiæ Doctoris. Duplex.

A Capitulo de Communi Confessoris Pontificis. lxx.

In Hymno ad Vesperas dicitur: Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Ad Magnificat, Antiphona. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Ambrosi, divina legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio. Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti: præsta quæsumus; ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum.

Deinde fit Commem. S. Nicolai, nisi transferatur, Antiph. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Justum dedit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui beatum Nicolæum Pontificem innumeris decorasti miraculis: tribue quæsumus: ut ejus meritis & precibus a gehennæ incendiis liberemur.

Postea de Feriâ. Ad Matutinum, & alias Horas, omnia de Communi Confessoris Pontificis. lxx.

In primo Nocturno Lectiones beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Fidelis sermo, de Communi Confessoris Pontificis. lxxj.

In ij. Nocturno, Lectio ij. Ambrosius Episcopus Mediolanensis, Ambrosii civis Romanus filius, patre Gallia Præfecto natus est. In hujus infantis ore exâmen apud consecisse dicitur:

que

que res divinam viri eloquentiam præmonstrabat. Romæ liberalibus disciplinis eruditus est. Post à Probo Præfecto, Liguriæ & Amiliæ præpositus: unde postea ejusdem Probi jussu cum potestate Mediolanum venit: ubi mortuo Auxentio Ariano Episcopo, populus de successore deligendo dissidabat. Quare Ambrosius pro officii sui munere Ecclesiam ingressus, ut commotam seditionem sedaret, cum multa de quiete & tranquillitate reipublicæ præclare dixisset, derepente pater Ambrosium Episcopum exclamante, uiversi populi vox erupit, Ambrosium Episcopum deposcentis.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus.

Lectio v.

Recusante illo, & eorum precibus resistente, ardens populi studium ad Valentianum Imperatorem delatum est: cui gratissimum fuit, à se delictos iudices ad sacerdotium postulari. Fuit id etiam Probo Præfecto jucundum, qui Ambrosio proficiscenti quasi divitians dixerat: Vade, age, non ut iudex, sed ut Episcopus. Itaque cum ad populi desiderium, Imperatoris voluntas accederet, Ambrosius baptizatus (erat enim catechumenus) sacriseque initiatus, ac servatis omnibus ex instituto Ecclesiæ Ordinum gradibus, octavo die, qui fuit septimo Idus Decembris, Episcopale onus suscepit: Factus Episcopus, catholicam fidem & disciplinam Ecclesiasticam acerrime defendit; multosque Arianos, & alios hæreticos ad fidei veritatem convertit, in quibus clarissimum Ecclesiæ lumen Sanctum Augustinum Jesu Christo peperit.

R. Poni adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manu enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vj.

G Ratiâno Imperatore occiso, ad Maximum ejus interfectorem, legatus iterum profectus est: eoque poenitentiam agere recusante, se ab ejus communionem semovit. Theodosius Imperatorem, propter eadem Thessalonice factam, ingressu Ecclesiæ prohibuit. Cui, cum ille David quoque regem aduleterum, & homicidam fuisse dixisset, respondit Ambrosius: Qui secutus es errantem, sequere poenitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impeditam publicam poenitentiam humiliter egit. Ergo sanctus Episcopus pro Ecclesiâ Dei maximis laboribus, curisque perfunctus, multis libris etiam egregie conscriptis, antequam in morbum incideret, mortis suæ diem prædixit. Ad quem agrorum Honoras Vercellensis Episcopus, Dei voce ter admonitus, accurrit, etque sanctum Domini corpus præbuit: quo ille sumpto, conformatis in crucis similitudinem manibus, orans animam Deo reddidit pridie Nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo nonagesimo septimo.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replêta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno legitur Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium Vos estis sal terræ, de Communi Doctorum. lxxj.

Vesperæ de Conceptione, cum Commem. S. Ambrosii, & Feriæ.

DIE

DIE VIII. DECEMBRIS.

In Festo Conceptionis B. Mariæ Virginis. Duplex.

Si Feria iv. Quatuor Temporum, occurrat xiv. vel xv. Decembris, Lectiones j. Nocturni erunt de Paralipolis Salomonis. Ego sapientia, ut infra. 612. & ix. Lectio de Historia Quatuor Temporum, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.

Ad Vesperas Afia. Conceptio gloriosa, cum reliquis de Laudib. 595. Psalmi consueti de Sancta Maria, ut in ejus Officio parvo. cxxxiv.

Capitulum. *Ecclesi. 24. b*

A B initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

A Ve maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posse.

Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum
Semper collatæmur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritus sancto,
Tribus honor unus. Amen.

V. Conceptio est hodiè Sanctæ Mariæ virginis. **R.** Cujus vitæ inclyta cunctas illustrat Ecclesiâs.

Ad Magnificat, Antiphona,

Gloriosa Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolamus, quæ & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalis pudicitiam non amisit.

Oratio.

F Amulis tuis, quæsumus Dômine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus exiit salutis exordium, Conceptionis ejus votiva sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dôminum nostrum.

Deinde fit Commem. S. Ambrosii.

Afia. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beatæ Ambrosii, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei. **V.** Justum deduxit Dôminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

D Eus, qui pópulo tuo æternæ salutis beatum Ambrósium ministrum tribuisti: præsta quæsumus; ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis.

Postea de Feria occurrente.

Ad Completorium, & alias Horas diei, ac etiam per totam Octavam in fine Hymnorum dicitur Jesu tibi sit glória, qui natus es de Virgine, præterquam in Hymno. Ave maris stella. Quod semper servatur quando fit Officium de S. Maria, & per Octavas.

Ad Matutinum, Invitatorium. Conceptionem Virginis Mariæ celebramus: Christum ejus Filium adoramus Dôminum. Psalmus. Venite exultemus. 1. Hymnus. Quem terra?

Antiphonæ & Psalmi Nocturnorum ut in ejus Officio parvo. cxxxviii.

In primo Nocturno **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intende,

de, prospère procede, & regna. Pater noster. Absolutio. Exaudi Dômine. **V.** Jube domne. Benedictio. Benedictiône perpétua.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. *Cap. 24.*

E Go ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam: Ego feci in crelis ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texti omnem terram: Ego in altissimi meum in colimna nubis. Gyrum cœli circumvi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti: & in omni pópulo, & in omni gente primatum habui: & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcavi: & in his omnibus requiem quæsi, & in hereditate Dômini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requièvit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhabitâ, & in Israël hereditare, & in electis meis mitte radices.

R. Hodiè concepta est beatâ Virgo Mariâ ex progenie David: Per quam salus mundi credentibus apparuit, ejus vitâ gloriosa lucem dedit sæculo. **V.** Conceptionem beatæ Mariæ Virginis cum gaudio celebramus. Per quam. Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

A B initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jersalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum scientiæ mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypres-

Para Hymalîs.

sus in monte Sion: Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Jersicho: Quasi oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinamomum, & balsamum aromatizans odorem deciti: quasi myrrha electa cœdi suavitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi Libanus non incensus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mixtum odor meus.

R. Beatissime Virginis Mariæ Conceptionem devotissimè celebramus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dôminum Jesum Christum. **V.** Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ Virginis devotissimè celebramus. Ut ipsa. Benedictio. Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

E Go quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis; Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitiois, & sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implerini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum: Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: qui operantur in me, non peccabunt. Qui elocudant me, vitam æternam habebunt.

R. Gloriosa Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolamus: Cujus Dôminus humilitatem respexit, quæ Angelo nunt ante concepit Salvatorem mundi. **V.** Beatissime Virginis Mariæ Conceptionem

Pp nem

nem devotissimè celebrémus. Cujus.
Glória Patri. Cujus.

In secundo Nocturno.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo.
R. Deus in médio ejus, non commovebitur. Pater noster. **Absolutio.**
Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.
Ex libro Sancti Ambrosii Episcopi
de Virginibus.

Lib. 2. sub initium.

Lectio iv.

Sit vobis tamquam in imagine
descripta virginitas, vitæque
beatae Mariæ: de qua velut in spé-
culo refulget species castitatis, &
forma virtutis. Hinc sumatis licet
exempla vivendi, ubi tamquam in
exemplari magisteria expressa probi-
tatis, quid corrigere, quid effugere,
quid tenere debeatis, ostendunt. Pri-
mus discendi ardor, nobilitas est ma-
gistri. Quid nobilitas Dei Matre? Quid
splendidus eâ, quam splendor ele-
git? Quid castius eâ, quæ corpus si-
ne corporis contagio generavit?

R. Conceptio gloriosæ Virginis Ma-
riæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu
Juda, clara ex stirpe David; **Cujus**
vita inelcta cunctas illustrat Ecclé-
sias. **V.** Hodiè concepta est beata
Virgo Maria ex progénie David. **Cu-
jus. Benedictio.** Christus perpétua.

Lectio v.

Nam de cæteris ejus virtutibus
quid loquar? Virgo erat non
solum corpore, sed etiam mente,
quo nullo doli ambitu sincerum ad-
ulteraret affectum. Corde humilis,
verbis gravis, animi prudens, lo-
quendi parcior, legendi studiosior,
non in incerto divitiarum, sed in
prece pauperis spem repônens: in-
tenta operi, verecunda sermone, ar-
bitrum mentis solita non hominem,
sed Deum querere: nullum ledere,
bene velle omnibus, assurgere majo-
ribus natu, æqualibus non invidere,

fugere jactantiam, rationem sequi,
amare virtutem.

R. Cum jucunditate Conceptionem
beatae Mariæ celebrémus: **V.** Ut ipsa
pro nobis intercedat ad Dóminum
Jesum Christum. **V.** Corde & ani-
mo Christo canamus glóriam in hac
sacra solemnitate præcelsæ Genitricis
Dei Mariæ. Ut ipsa. **Benedictio. Ig-
nem sui amoris. Lectio vj.**

Quando ista vel vultu læsit pa-
rentes? quando dissensit à pro-
pinquis? quando fastidivit hu-
millem? quando derisit débilem? quan-
do vitavit inopem? Eos solos solita
cætu virorum invisere, quos miseri-
córdia non erubesceret, neque præter-
iret verecúndia. Nihil torvum in ócu-
lis, nihil in verbis procaax, nihil in ac-
tu inverecúndum. Non gestus frac-
tior, non incensus solitior, non vox
petulantior, ut ipsa corporis species
simulacrum fuerit mentis, figurá pro-
bitatis.

R. Conceptio tua, Dei Génitrix Vir-
go, gaudium annuntiavit universo
mundo: **V.** Ex te enim ortus ex sol
justitiæ, Christus Deus noster: **V.** Qui
solvens maledictionem, dedit benedi-
ctionem, & confundens mortem,
donavit nobis vitam sempiternam.
V. Benedicta tu in mulieribus, & ben-
dictus fructus ventris tui. **Ex te**
enim. Glória Patri. Qui.

In tertio Nocturno loco nonæ
Añæ. Post partum, dicitur An-
tiphona Angelus Dómini nunciavit
Mariæ, & concepit de Spiritu sancto.
V. Eligít eam Deus, & prælegít
eam. **R.** In tabernáculo suo habi-
tare facit eam. Pater noster. **Absol-
utio.** A vinculis. **V.** Jube domne.
Benedictio. Evangelica lectio.
Lectio sancti Evangelii secundum
Matthæum.

Lectio vij.

Liber generatiónis Jesu Christi
filii David, filii Abraham.
Abra-

Cap. 1.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem
genuit Jacob. Et reliqua.
Homilia Sancti Augustini Episcopi.
Lib. 2. de Consensu Evangelisti. cap. 1.

Matthæus Evangelista sic or-
sus est: Liber generatiónis
Jesu Christi filii David, filii Abra-
ham. Quo exórdio suo satis os-
tendit, generatiónem Christi secun-
dum carnem se suscepisse narra-
dam. Secundum hanc enim Chris-
tum Filius hóminis est: quod etiam
se ipse sæpissime appellat, commen-
dans nobis quid misericórditer dig-
natus sit esse pro nobis. Nam illa
superna & æterna generatio, secun-
dum quam Filius Dei unigénitus est
ante omnem creaturam, quia óm-
nia per ipsum facta sunt, ita in-
effabilis est, ut de illa dictum à Pro-
phéta intelligátur: Generatiónem
ejus quis enarrábit?

R. Beatam me dicent omnes genera-
tiones: **V.** Quia fecit mihi Dóminus
magna qui potens est, & sanctum
nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus
ad progénie in progénies timéntibus
eum. Quia. **Benedictio.** Cujus festi-
tum cólimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viij.

Exéquitur ergo humanam gene-
ratiónem Christi Matthæus, ab
Abraham generatōres commemo-
rans, quos perdicit ad Joseph virum
Mariæ, de qua natus est Jesus. Ne-
que enim fas erat, ut ob hoc eum
à conjugio Mariæ separandum putá-
ret, quod non ex ejus concubitu, sed
virgo peperit Christum. Hoc enim
exemplo magnifice insinuat fide-
libus conjugatis, etiam servatâ pari
consensu continentia, posse perman-
tere vocarique conjugium, non per-
mixto corporis sexu, sed custodito
mentis affectu: præsertim quia nasci
eis etiam filius potuit sine ullo con-
plexu carnali, qui propter solos gign-
endos filios adhibendus est.

R. Felix namque es sacra Virgo Ma-
ria, & omni laude dignissima: **V.** Quia
ex te ortus est sol justitiæ, **V.** Chris-
tus Deus noster. **V.** Ora pro pópu-
lo, interveni pro clero, intercede pro
devoto femineo sexu: sentiant omnes
tuum jurámen, quicumque cele-
brant tuam sanctam Conceptionem.
Quia ex te, Glória Patri. Christus.
Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

Cum autem evidenter dicat Apo-
stolus Paulus, ex semine David
secundum carnem Christum: ipsam
quoque Mariam de stirpe David ali-
quam consanguinitatem duxisse, dubi-
tare utique non debemus. Cujus
femine, quoniam nec sacerdotale
genus tacetur, insinuante Luca, quod
cognata ejus esset Elisabeth, quam
dicit de filiabus Aaron, firmissime ten-
endum est, carnem Christi ex utrò-
que genere propagatam, & Regum
scilicet, & Sacerdotum: in quibus Hebræo-
rum apud illum pópulum Hebræo-
rum etiam mystica unctio figurabatur,
id est, christina, unde Christi nomen
elucet, tanto ante etiam ista eviden-
tissima significatióne prænuntiátum.
Te Deum laudámus. 13.

AD LAUDES

& per Horas Antiphona.

Conceptio gloriosæ Virginis Ma-
riæ ex semine Abrahæ, ortæ
de tribu Juda, clara ex stirpe David.
Psalm. Dóminus regnavit, cum re-
liquis. 14. **Añæ.** Conceptio est hó-
diè Sanctæ Mariæ Virginis, cuius vi-
ta inelcta cunctas illustrat Ecclé-
sias. **Añæ.** Regali ex progénie Maria ex-
orta refulget: ejus præcibus nos
adjuvari mente & spiritu devotissi-
mè póscimus. **Añæ.** Corde & animo
Christo canamus glóriam in hac sa-
cra solemnitate præcelsæ Genitricis
Dei Mariæ. **Añæ.** Cum jucunditate
Conceptionem beatae Mariæ cele-
brémus, ut ipsa pro nobis intercedat

dat ad Dóminum Jesum Christum.

Capitulum. *Eccli. 24. b*
A B initio, & ante secula creáta sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum;
 Sublimis inter sidera;
 Qui te creávit, párvulum
 Lactente nutris ubere.
 Quod Heva tristis abstulit,
 Tu reddis almo gérmine;
 Intrent ut astra hæbiles,
 Cœli reclúdis cárdines.
 Tu Regis alti janua,
 Et aula lucis fúlgida:
 Vitam datam per Virginem
 Gentes redemptæ pláudite.
 Jesu, tibi sit gloria.

Qui natus es de Virgine,
 Cum Patre & almo Spiritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.

V. Conceptio est hódie Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita inclýta cunctas illústrat Ecclesiás.

Ad Benedictus, Antiphona,
 Conceptionem hodiernam perpetuæ Virginis Genitricis Dei Mariæ sollemniter celebrémus, quæ celsitúdo throni processit, alleluia.

Oratio.

F Amulis tuis, quesumus Dómine, cœlestis gratiæ munus impartire: ut quibus beatæ Virginis partus exiit salutis exordium, Conceptionis ejus votiva sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio Feriæ.

Ad Primam in R. brevi dicitur V. Qui natus es de Maria Virgine. Et sic dicitur quando fit Officium de S. Maria, & per Octavas.

Ad Tertiam Añã. Conceptio est hódie. **Capitulum.** Ab initio, ut sup. **R. br.** Spécie tua. * Et pulchritudine qua. Spécie tua. **V.** Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine.

Glória Patri. Spécie tuâ. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **V.** Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Regáli ex progénie.

Eccli. 24. b

E T sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificató, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

R. br. Adjuvabit eam * Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. **V.** Elégit eam Deus, & prælégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Cum jucunditate.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

I N platéis sicut cinnamómum, & balsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha, elécta dedi suavitatem odóris.

R. br. Elégit eam Deus, * Et prælégit eam. Elégit eam. **V.** In tabernáculo suo habitare facit eam. Et prælégit. Glória Patri. Elégit. **V.** Diffusa est gratia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

In secundis Vesperis omnia ut in primis Vesperis. 592.

Ad Magnificat, Antiphona.

Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempitérnã.

Et fit Commemoratio Feriæ.

DIE IX. DECEMBRIS.

Secunda die infra Octavam Conceptionis beatæ Mariæ.

Omnia dicuntur per Octavam, ut in

in ipso Festo, exceptis Lectiõibus, quæ dicuntur ut hic infra assignantur.

In primo Nocturno leguntur Lectiões de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Augustini Episcopi. Sermone 18. de Sanctis, in medio.

Lectio iv.

E Xultat Maria, & matrem se leta miratur, & de Spiritu sancto se peperisse gaudet: nec quia péperit innupta, terrétur: sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O femina super feminas benedicta, quæ virum omnino non novit, & virum suo útero circumdedit: Circumdat virum Mariã Angelo fidem dando, quia Heva perdidit virum serpenti consentiendo. O felix obedientia, ò insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem incorporavit. Hinc promeruit glóriam, quam ipsa postmodum auxit. Ecce, ait, ex hoc beatam me dicent omnes generatiões.

R. Conceptio gloriósæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David; Cujus vita inclýta cunctas illústrat Ecclesiás. **V.** Hódie concepta est beatã Virgo Maria ex progénie David. Cujus.

Lectio v.

O Beata Maria, quis tibi dignè valeat jura gratiarum ac laudum præconiã rependere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi perditos? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo comércio recuperandãdum invenit? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque méritis tuis impares gratiarum actiões: & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditiõis, & repõta nobis antidotum reconciliatiõis.

R. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebrémus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canamús glóriam in hac sacra sollemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

S it per te excusabile quod per te ingérimus: fiat impetrabile quod fidã mente pòscimus. Accipe quod offerimus, redõna quod rogãmus, excusa quod timémus: quia tu es spes unica peccatórum. Per te sperãmus veniam delictórum, & in te beatissima nostrórum est expectatiõ præmiorum. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvãmen, quicúmque celebrant tuam sanctã Conceptionem.

R. Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempitérnã. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum

Matthæum.

Lectio vij.

Cap. i.

L Iber generatiõis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hieronými Presbyteri. Lib. i. Comment. in Math. in initio.

I N Isaia légimus: Generationem ejus quæ enarrabit? Non ergo putémus Evangelistam Propheta esse contrarium; ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare

incipiat : quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem coepit, ut per hominem, Deum discere incipiamus. Filii David, filii Abraham. Ordo præpõsterus, sed necessariõ commutatus. Si enim primum posuisset Abraham, & postea David, rursum ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeretur. **V.** Beatum me dicent omnes generationes : * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. Quia.

Lectio viij.

Ideo autem cæteris prætermisissis, horum filium nuncupavit : quia ad hos tantum facta est de Christo repositio. Ad Abraham : In semine, inquit, tuo benedicentur omnes Gentes, quod est Christus. Ad David : De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Notandum in genealogia Salvatoris nullam sancturam assumi mulierum, sed eas quas Scriptura reprehendit : ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, & omnium peccata deleret. Unde & in consequentibus Ruth Moabitibus ponitur, & Bethsabée uxor Uriæ.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima. * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvenam, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

Jacob autem genuit Joseph. Hunc locum objecit nobis Julianus Augustus de dissonantia Evangelistarum, cur Evangelista Mattheus Jo-

seph dixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellavit Heli : non intelligens consequentem Scripturam, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen, Deo jubente, præceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris vel propinqui sui. Joseph virum Mariæ. Cum virum audieris, suspicio tibi non sit beatæ nuptiarum : sed recordare consuetudinis Scripturam, quod sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores. Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commemoratio.

Periæ, cui in Vesperis additur Sancti Melchiadis Papæ & Martyris. Añã. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiõrum non timuit : fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloriã & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Infirmatẽm nostram respice omnipotens Deus : & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Melchiadis Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dõminum nostrum.

DIE X. DECEMBRIS.

Tertio die infra Octavam Conceptionis beatæ Mariæ.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Sermone in cap. 12. Apocalypsis.

Lectio iv.

Novum fecit Dominus super terram, ut mulier circumdaret virum, nec alium quam Christum, de quo dicitur, Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum quomodo fecit in cælo, mulier sole ap-

pa-

pareret amicta. Denique & coronavit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filie Sion, & videte regem Salomõnem in diademate, quo coronavit eum mater sua. Verum hoc alias. Interim sanè ingredimini magis, & videte Reginam in diademate, quo coronavit eam Filius suus. In capite, inquit, ejus corõna stellarum duodecim. **R.** Conceptio gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, orta de tribu Juda, clara ex stirpe David; * Cujus vita incluta cunctas illustrat Ecclesias. **V.** Hodiẽ concepta est beatã Virgo Maria ex progénie David. Cujus.

Lectio v.

Ignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarior micans, ornet eas potius, quam ornentur ab eis. Quidni coronent sidera, quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Nimirum lava sponsi sub capite ejus, & jam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æstimet gemmas, quis stellas nomet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? **R.** Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus : * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dõminum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canamus gloriam in hæc sacra solemnitate præclarsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

Quid ergo sidereum micat in generatione Mariæ? Planè quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahæ, quod generosa ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generationi illi ob singulare privilegium sanctitatis divinitus nascitur esse concessa, quod longè ante eisdem patribus cœlitus reposita, quod mysticis præfigurata

miraculis, quod oraculis prænuntiata propheticis. Hanc enim sacerdotalis virga, dum sine radice floruit : hanc Gedeõnis vellus, dum in medio sicca aræ maduit : hanc in Ezechielis visione orientalis porta, quæ nulli unquam patuit, præsignabat.

R. Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo : * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster : * Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem : & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Gloria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. i.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua. De Homilia Sancti Hilarii Episcopi. *Comment. in Math. can. i.*

Non refert, quis in originali numero, atque ordine collocetur, dummodo universõrum familia copta esse intelligatur ab uno. Itaque cum ejusdem tribus sit Joseph & Maria, dum profectus esse ex Abrahæ genere Joseph ostenditur, profecta quoque docetur & Maria. Hæc enim in lege ratio servata est, ut si mortuus sine filiis familie princeps esset, defuncti uxorem posterior frater ejusdem cognationis acciperet, susceptõsque filios in familiam ejus, qui mortuus esset, referret : maneretque ita in primogenitis successiõnis ordo, cum patres eorum, qui post se nati essent, aut nomen haberentur aut genere. **R.** Beatum me dicent omnes generationes : * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanc-

tum nomen ejus. *V.* Et misericordia ejus a progenie in progenies timéntibus eum. Quia fecit.

Lectio viij.

Sequens illud est, ut quia diximus secundum rerum fidem generationis istius ordinem nec numero sibi nec successione constare; hujus quoque rei ratio afferatur. Non enim levis causa est, ut aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis, & aliud referatur in summa, aliud vero teneatur in numero. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratae sunt: & a David usque ad transmigracionem Babilonis in quibusdam libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacii, aut negligentiae vitium est. Tres enim ratione praeterita sunt. Nam Joras genuit Ochoziam: Ochozias vero genuit Joam: Joas demum Amasiam: Amasias autem Oziam: & in Matthaeo Joras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili femina Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet, qui Jezabel habuit uxorem. *R.* Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiae, * Christus Deus noster. *V.* Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia ex te. Gloria Patri. Christus Deus.

Lectio ix.

Denique per Propheta non nisi quarta generacione in throno regio Israelis quemquam de domo Achab esse sessurum dicitur. Purgata igitur labe familia gentilibus, quae praeteritis jam regulis in quarto generacionum consequentium ordine numeratur, & usque ad

Mariam generaciones quatuordecim esse scribuntur, cum in numero decem & septem reperiantur, nullus error esse poterit scientibus non eam solum esse Domino nostro Jesu Christo originem, quae cepit ex Maria: sed in procreatione corpora, natiuitatis aeternae significantiam comprehendi.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commem. Ferie, & S. Melchias Pape & Martyris, Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. *V.* Justus, ut palma florébit. *R.* Sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Oratio.* Infirmiuitatem, ut supra. 598.

Vesperae a Capitulo de S. Damaso Papa & Confessore, cum Commemoratione Octavae, & Ferie.

DIE XI. DECEMBRIS.

In Festo S. Damasi Pape & Confess. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix, praeter sequentia. Oratio.

Exaudi Domine preces nostras: & interueniente beato Damaso Confessore tuo atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus & pacem. Per Dominum. *Deinde fit Commemoratio Octavae, & Ferie.*

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Damasus Hispanus, vir egregius & eruditus in Scripturis, indicto primo Constantinopolitano Concilio, nefariam Eunomii & Macedonii heresim extinxit. Idem Ariminensem conuentum, a Liberio jam ante rejectum, iterum condemnauit: in quo, ut scribit sanctus Hieronymus, Valentinis potissimum & Ursacii fraudibus dam-

damnatio Nicenae fidei conclamata fuit: & ingemiscens orbis terrarum, se Arianium esse miratus est.

R. Inveni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. *V.* Nichil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus.

Lectio v.

Basilicas duas aedificauit, alteram Sancti Laurentii nomine ad theatrum Pompeii, eique domos & praedia attribuit: alteram via Ardeatina ad Catacumbas. Platoniā etiam, ubi corpora Sanctorum Petri & Pauli aliquandiu iacuérunt, dedicauit, & exornauit elegantibus versibus. Idemque prosa & versu scripsit de virginitate, multa quae alia metro edidit.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. *V.* Inveni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi.

Penam talionis constituit iis, qui alterum falsi criminis accusassent. Statuit, ut (quod pluribus jam locis erat in usu) Psalmi per omnes Ecclesias die noctique ab alternis canerentur, & in fine cuiusque Psalmi diceretur: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Ejus jussu sanctus Hieronymus novum Testamentum Graece fidei reddidit. Cum Ecclesiam rexisset annos decem & septem, menses duos, dies viginti sex, & habuisset Ordinationes quinque mense Decembri, quibus creauit Presbyteros triginta unum, Diaconos undecim, Episcopos per diuersa loca sexaginta duos, virtute, doctrina, ac prudentia clarus, propè octogenarius, Theodosio seniore imperante, obdormiuit in Domino, & via Ar-

deatina una cum matre, & sorore sepultus est in Basilica, quam ipse aedificauerat. Illius reliquiae postea translatae sunt in Ecclesiam Sancti Laurentii, ab eus nomine in Damaso uocatae.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *V.* Iste est qui contemptam vitam mundi, & peruenit ad coelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno legitur Homilia S. Hilarii Episcopi in Euangelio Vigilae, de Communi Confessoris Pontificis. lxviij.

Et fit Commemoratio Octavae, & Ferie in Laudibus.

Vesperae a Capitulo de Octava, cum Commem. S. Damasi. Aria. Dum esset summus. V. Justum deduxit. Orat. Exaudi, ut sup. Postea Fere.

DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta de infra Octavam Conceptionis beate Mariae.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Epiphanii Episcopi aduersus haereses.

Lib. 3. haeresi 78. post medium.

Lectio iv.

Beata mater Dei Maria per Hevam significatur, quae per anigma accepit, ut mater viventium uocetur. Illa etenim mater viventium uocata est, etiam postquam audivit, Terra es, & in terram reuertaris, post transgressionem. Et mirum est, quod post transgressionem hoc magnum cognomen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Heva omnis hominum generatio deducta est in terra: hic autem verè à Maria haec vita mundo genita est, ut uiuentem

gigneret, & fieret Maria mater viventium. Per ænigma igitur Maria mater viventium appellata est.

R. Conceptio gloriosa Virginis Mariæ ex semine Abrahamæ, orta de tribu Juda, clara ex stirpe David; * Cujus vita inelyta cunctas illustrat Ecclesias. **V.** Hódie concepta est beata Virgo Maria ex progénie David. Cujus.

Lectio v.

Hevæ datum est operire corpus sensibile propter nuditatem sensibilem: Mariæ vero datum est à Deo, ut pateret nobis Agnum & ovem, & ex gloria ipsius Agni & ovis fieret nobis velut à vellere in sapientia per virtutem ipsius indumentum incorruptibilitatis. Hevæ etiã mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim mors ingressa est in mundum: Mariæ vero causa vitæ, per quam genita est nobis vita, & per hanc Filius Dei advénit in mundum: & ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit & gratia: & undè illata est mors, illinc processit & vita, ut vita pro morte fieret: & qui per mulierem nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quoniam illic Hevæ, cum adhuc esset virgo, per inobedientiam transgressa est: è contrario per virginem obedientia gratiæ facta est, annuntiatio advéntu in carne de coelo, & vitæ æternæ.

R. Cum iucunditate Conceptiõnem beate Mariæ celebrémus, * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitate præcelsæ genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

De Maria accipitur (liceat mihi hoc dicere) quod scriptum est de Ecclesia: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & ad-

hærébit uxóri suæ: & erunt duo in carne una. Sanctus autem Apostolus dicit: Mystérium hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Et vide Scripturárum accuratam dicendi proprietatem, quod de Adam quidem dixit, formávit; quod de Hevæ vero non formátam esse, sed edificatam. Accépit enim, inquit, unam de costis ejus, & edificávit ipsi in uxórem. Quo osténdat, Dóminum quidem de Mariá efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa vero costa edificatam esse Ecclesiam, in eo quod punctum & apértum est ipsius latus, & mystéria sanguinis & aque, prætia redemptionis facta sunt.

R. Conceptio tua, Dei Génitrix Virgo, gaudium annuntiávit univérso mundo: * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confindens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia 2. in *Matth. post initium.*

Auditu quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermónibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, Patrique per omnia coequalis, per virginis ad nos venit úterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores David, & Abraham: & quid dico, David & Abraham? etiã illas, quod magis stupendum est, feminas, quas paulò antè me-

memorávi. Hæc igitur audiens mente consurge, nihilque humile suspicèris, sed pótius propter hoc ipsum maxime mirare, quia cum verus & dilectus Filius sit sempitérni Dei, etiã filius David esse dignatus est, modo ut te filium faceret Dei: servum patrem habere dignatus est, ut tibi servum patrem faceret ipsum Deum.

R. Beátam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progénie in progénies tíméntibus eum. Quia.

Lectio viij.

Vides ab ipso statim principio, quam leta sint hæc nuncia. Quòd si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorem, ab his, quæ illius sunt, etiã tua discere crederè. Quantum enim consequi potest humana ratio, multo est difficilius Deum hominem fieri, quam hominem Dei Filium consecrari. Cum ergo audieris, quia Filius Dei, filius sit & David & Abrahamæ, dubitare jam desine, quòd & tu, qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ità humiliasset, nisi nos esset exaltaturus. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissimar: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, intervèni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Glória Patri. Christus.

Lectio ix.

Propterea duplex facta generatio est, hæc scilicet nostræ similitudo, illa nostram eminenter excédens. Quòd enim natus ex femina est,

& nobis cõmpetit; quòd verò non ex sanguine, neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Spiritu sancto, aliam nobis sublimiorem, futuramque & spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoniam omnia ex simili diversitate constabant. Nam & baptismã profecero talescèpit, quòd haberet quidem aliquid veteris, haberet & novi. Quod enim baptizatus est à Propheta, expressit vetus; quòd autem descendit Spiritus, adumbrávit novum.

Te Deum laudámus. 13.

In Laudibus fit Commem. Feriæ. Vesperæ de S. Lucia Virgine & Martyre cum Commemoratione Octavæ & Feriæ.

DIE XIII. DECEMBRIS.

In Festo S. Lucie Virginis & Martyris. Duplex.

Omnia de Comuni Virginum, lxxxiv. exceptis his quæ hic sunt propria.

Ad Vesperas Antiphona. Orante Sancta Lucia, ut infra in Laudibus. 606. Psalmi de Comuni Virginum. lxxxiv.

Capitulum. 2. Cor. 10. d

Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriètur. Non enim qui seipsum commendat, illi probatur est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu, coróna Virginum, Quem mater illa concipit, Quæ sola virgo paritur, Hæc vota clemens accipe. Qui pergis inter illa, Septus choréis virginum, Sponsus decorus glóriæ, Sponsisque reddens præmia. Quocúmque tendis, Virgines Sequuntur, atque laudibus Post te canentes cursant, Hymnosque dulces personant. Te deprecámur supplices, Nostris ut addas sensibus,

Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & almo Spiritu,
In sempiterna secula. Amen.
V. Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ.
R. Intende, prospere procéde, &
regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

In tua patientia possedisti animam
tuam, Lúcia sponsa Christi: odisti
que in mundo sunt, & cornices cum
Angelis: sanguine proprio inimicum
viciisti.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster;
ut sicut de beate Lúcia Virgi-
nis & Martyris tuæ festivitate gau-
demus, ita pie devotionis erudiámur
affectu. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio Octa-
væ, & ferie.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Hymnus, Antiphonæ, Psalmi,
& V. Nocturnorum de Communi
Virginum. lxxxvj.

In primo Nocturno.

De Epistola prima beati Pauli Apó-
stoli ad Corinthios.

Lectio I. Cap. 7. e.

DE virginibus præceptum Dó-
mini non habeo: consilium
autem do, tamquam misericórdiam
consecutus à Dómino, ut sim fi-
delis. Existimo ergo hoc bonum
esse propter instantem necessitá-
tem, quóniam bonum est hómini
sic esse. Alligatus es uxóri? noli
querere solutionem. Solutus es ab
uxóre? noli querere uxorem. Si
autem accéperis uxorem, non pec-
casti. Et si nupsit virgo, non pec-
cavit: tribulationem tamen carnis
habebunt hujusmodi. Ego autem
vobis parco. Hoc itaque dico, fra-
tres: Tempus breve est: reliquum
est, ut & qui habent uxóres, tam-

quam non habentes sint: & qui
sunt, tamquam non sientes: & qui
gaudent, tamquam non gaudentes:
& qui emunt, tamquam non possi-
dentes: & qui utuntur hoc mundo,
tamquam non utántur: præterit
enim figura hujus mundi.

V. Lúcia virgo, quid à me petis,
quod ipsa póteris præstare continuo
matri tuæ? Nam & fides tua illi sub-
venit, & ecce salvata est. Quia
jucundum Deo in tua virginitate ha-
bitaculum preparasti. Sicut per
me civitas Catanensium sublimata
à Christo, ita per te Syracúsana ci-
vitas decorabitur. Quia.

Lectio II.

Volo autem vos sine sollicitú-
dine esse. Qui sine uxóre est,
sollicitus est quæ Dómini sunt, quó-
modo placeat Deo. Qui autem cum
uxóre est, sollicitus est quæ sunt
mundi, quómodo placeat uxóri, &
divisus est. Et mullier innupta, & vir-
go cogitat quæ Dómini sunt, ut sit
sancta corpore & spiritu. Quæ au-
tem nupta est, cogitat quæ sunt
mundi, quómodo placeat viro. Por-
rò hoc ad utilitatem vestram dico:
non ut laqueum vobis injiciam, sed
ad id, quod honestum est, & quod
facultatem præbeat sine impedimén-
to Dóminum obsecrândi.

R. Rogavi Dóminum meum Jesum
Christum, ut ignis iste non domine-
tur mei: Et impetravi à Dómino
indúcias martyrii mei. Pro eo
ut me diligenter, detrahébant mihi:
ego autem orábam. Et.

Lectio III.

Si quis autem super se vidéri
existimat super virginem suâ, quod
sit superadulta, & ita oportet fieri:
quod vult faciat: non peccat, si nubat.
Nam qui statuit in corde suo firmus,
non habens necessitatem, potestatem
autem habens sine voluntatis, & hoc
judicavit in corde suo, servare virgi-
nem

nem suam, benè facit. Igitur & qui
matrimonio jungit virginem suam,
benè facit: & qui non jungit, meliùs
facit. Mullier alligata est legi quanto
tempore vir ejus vivit: quod si dor-
mierit vir ejus, liberata est: cui vult
nubat: tantum in Dómino. Beatior
autem erit si sic permanserit secun-
dum meum consilium: puto autem
quod & ego Spiritum Deo habeam.

R. Grata facta est à Dómino in cer-
tamine, quia apud Deum & apud
hómnes glorificata est: in conspectu
principis loquebatur sapientiam:
& Et Dóminus omnium dilexit eam.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo:
Deus in medio ejus, non commovebi-
tur. Et. Glória Patri. Et.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Lúcia virgo Syracúsana, géne-
re & Christianâ fide ab infan-
tia nobilis, unâ cum matre Eu-
tychia, quæ sanguinis fluxu labo-
râbat, Catanam ad venerandum
corpus beate Agathe venit: quæ ad
ejus sepulchrum cum suppliciter
orasset, Agathe intercessione matri
sanitatem impetravit. Statim verò
matrem exoravit, ut quam dotem
sibi datûra esset, Christi pauperibus
tribul pateretur. Ut igitur Syracu-
sas rediit, omnem pecuniam, quam
ex facultatibus venditis redegerat,
pauperibus distribuit.

R. Veni sponsa Christi, accipe cor-
ronam, quam tibi Dóminus præpa-
ravit in æternum: pro cufus amore
sanguinem tuum fudisti, & Et cum
Angelis in paradísium introisti.

V. Veni electa mea, & ponam in te
thronum meum, quia concupivit Rex
spéciem tuam. Et cum.

Lectio V.

Quod ubi rescivisset is, cui eam
parentes contra virginis volun-
tatem deponderant, apud Pas-
chásium Prefectum Laciani, quod

Christianâ esset, accusavit. Quam
ille cum nec precibus, nec minis ad
cultum idolórum posset perducere:
immo tanto magis incensam vide-
ret ad celebrandas Christianæ fidei
laudes, quanto magis ipse eam à
sententia avertere conabatur: Cessa-
bunt, inquit, verba, cum venturum
ad verbera. Cui virgo: Dei servis
verba deesse non possunt, quibus à
Christo Dómino dictum est: Cum
steteritis ante reges & presides, no-
lite cogitare quomodo, aut quid lo-
quamini: dabitur enim vobis in illa
hora quid loquamini: non enim vos
estis, qui loquimini, sed Spiritus sanc-
tus, qui loquitur in vobis.

R. Diffusa est grâta in labiis tuis:
Propterea benedixit te Deus in
æternum. V. Spécie tuâ & pulchri-
tudine tuâ intende, prospere procé-
de, & regna. Propterea.

Lectio VI.

Quam cum Paschásius interro-
gasset: Estne in te Spiritus sanc-
tus? Respondit: Casè & piè
viventes templum sunt Spiritus sanc-
ti. At ille: Jubébo te ad lupânar
duci, ut te Spiritus sanctus deserat.
Cui virgo: Si invitam juseris violâ-
ri, castitas mihi duplicabitur ad co-
ronam. Quare Paschásius irâ inflam-
matus, Lúciam eo trahi jussit, ubi
ejus virginitas violaretur: sed divi-
nitus factum est, ut firma virgo ita
conisteret, ut nulla vi de loco di-
moveri posset. Quam ob rem Præ-
fectus circum ipsam, pice, resinâ,
ac ferventi oleo perfusam, ignem
accendi imperavit: sed cum ne
flamma quidem eam læderet, mul-
tis tormentis excruciatæ guttur glâ-
dio transfigitur. Quo vulnere ac-
cepto, Lúcia prædicens Ecclesiæ
tranquillitatem, quæ futura erat
Diocletiano & Maximiano mortuis,
Idibus Decembris spiritum Deo red-
didit. Cujus corpus Syracusis sepul-
tum

tum, deinde Constantinopolim, postremò Venétias translátum est.

R. Spécie tuá & pulchritudine tuá, **V.** Inténde, prospère procéde, & regna. **V.** Diffusa est grátia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ætérnum. Inténde. Glória Patri. Inténde.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 13. f.*

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregórii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

Cœlorum regnum, fratres charíssimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita quæ non novit: quatenus exemplo visibilibus se ad invisibilia rapiat, & per ea, quæ usu didicit, quasi conficatus incalcescat: ut per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim regnum cœlorum thesauro abscondito in agro comparatur, quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: **V.** Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tuá & pulchritudine tuá inténde, prospère procéde, & regna. Et.

Lectio vij.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium cœlestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsentí ætérnim vita quasi in via sumus, quâ ad patriam pergitimus. Maligni autem spiritus iter

nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Deprædâri ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi ópera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant ópera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est: sed ut per hoc, quod ágimus, laudes extérius non quærâmus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut & de bono ópere proximis præbeâmus exemplum, & tamen per intentionem, quâ Deo soli placere quærimus, semper obtémus secretum.

R. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: **V.** Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea. Glória Patri. Propterea.

Lectio ix.

Thesaurus autem cœlestis est desiderium: ager verò, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii cœlestis. Quem profectò agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis comparat, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cœlestis custodiam calcat: ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat: nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudâmus. 13.

AD LAUDES.

& per Horas Antiphona.

Orante Sanctâ Luciâ, apparuit ei beata Agatha, & consolabatur ancillam Christi. Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis. 14.

Añã. Luciã virgo, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ? **Añã.** Per te, Luciã virgo, civitas Syracusana decorabitur à Domino Jesu Christo. **Añã.** Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extrin-

tus

tus est à latere meo. **Añã.** Soror mea Luciã, virgo Deo devòta, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ?

Capitulum. 2. Cor. 10. d

Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu, coròna Virginum, Quem Mater illa concipit, Quæ sola virgo parturit, Hæc vota clemens accipe.

Qui pergis inter lilia, Septus choréis virginum, Sponsus decòrus glóriã, Sponsisque reddens præmia.

Quocumque tendis, Virgines, Sequuntur, atque laudibus Post te canentes cursitant, Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices, Nostris ut addas sensibus, Nescire prorsus omnia Corruptionis vulnera.

Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

V. Diffusa est grátia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Colúmina est immòbilis, Luciã sponsa Christi: quia omnis plebs te expectat, ut accipias corònam vitæ, alleluia.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beate Luciæ Virginis & Martyris tuæ festivitãte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiãmur affectu. Per Dòminum.

Deinde fit Commemoratio Octavæ, & Ferie.

Ad Tertium, Antiphona. Luciã virgo. **Capitulum.** Fratres, Qui gloriatur.

R. breve. Spécie tuã. **V.** Et pulchritudine tuã. Spécie tuã. **V.** Inténde, prospère procéde, & regna. Et pulchritudine. Glória Patri. Spécie tuã. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Per te, Luciã.

Capitulum. 2. Cor. 11.

Amulor enim vos Dei emulatiõne. Despondi enim vos uno viro virginem castam exhibere Christo.

R. breve. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. **V.** Elegit eam Deus, & præelegit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Soror mea Luciã.

Capitulum. *Ecclesi 5. b.*

Domine Deus meus, exaltãsti super terram habitatiõnem meam, & pro morte defluente depræcata sum. Invocavi Dòminum Patrem Dòmini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiõnis meæ, & in témpore superbòrum sine adiutorio.

R. breve. Elegit eam Deus, **V.** Et præelegit eam. Elegit eam. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelegit. Glória Patri. Elegit eam. **V.** Diffusa est grátia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Vesperas Antiphona. Orante Sanctâ Luciã, cum reliquis ut supra. 606. Psalmi de Comuni Virginum. Ixxxiv. **Capitulum & Hymnus ut in primis Vesperis.** 603.

V. Diffusa est grátia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tanto pondere eam fixit Spiritus sanc-